



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

35. An in materia praecedentia sit attendenda consuetudo. Et an hoc procedat, si illa consuetudo repugnet dispositioni iuris communis, puta, si minus dignus praeferatur Digniori? Ex p. 6. tr. 5. res. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

phino decif. 1349. n. 5. & in vna pecuniariae die 23. Iunij 1601. coram Coccino apud Durandum dec. 137. num. 27.

RESOL. XXXV.

An in materia precedentie sit attendenda consuetudo? Et an hoc procedat, si illa consuetudo repugnet dispositioni iuris communis, puta, si minus dignum praeferat digniori? Ex p. 6. tract. 5. Resol. 29.

§. 1. **C**onsuetudo est practica, & affirmatiue respondet Glossa in cap. 2. vers. auscultetur, in fin. de offic. Archidiacon. Corneus conf. 193. n. 4. lib. 2. Riminaldus iunior lib. 1. confil. 95. n. 22. Felinus in cap. statumini, de maior. & obediens. quod procedit etiam si consuetudo iuri repugnet. Et ita determinauit sacra Rota in vna Pampilonensi praeminentiarum die 29. Octobris 1593. coram Mantica decif. 244. n. 2. In vna Coloniensi praecedentiae die 9. Iulij 1627. coram Vbaldo penes Querilios Venetos decif. 85. n. 5. &c. Et in vna Illerdensi praeminentiarum die 20. Iunij 1603. coram Gregorio XV. decif. 124. n. 2. vbi n. 4. eius Additio-nator Oliuerius Beloraminus littera A. sic ait. Quod attendatur consuetudo in materia praecedentiae asserit Cardinalis confil. 62. n. 1. Natta confil. 62. in fine. Menochius confil. 51. n. 89. Rota decif. 596. part. 4. in re- cent. Seraphinus decif. 964. & fuit dictum in Pampilonen. praeminentiarum 17. Aprilis 1592. coram Cardinali Pamphilio, quod procedit etiam si illa consuetudo repugnet dispositioni iuris communis, puta si minus dignum praeferat digniori. Menochius confil. 51. n. 51. Seraphinus d. decif. 964. Verum quod huiusmodi consuetudo tanquam irrationabilis & corruptela non teneat, non obstante quod sit immemorabilis, dicit Ruinus confil. 155. n. 11. lib. 4. Tob. confil. 72. n. 24. Menochius confil. 126. num. 31. in fin. & 32. & dixit Rota coram Sanctissimo infra decif. 10. Sed haec opinio non habet locum, quando consuetudo in omnibus casibus absolute, & in omnibus locis sine causa aliqua praeferret minus dignum magis digno: secus autem est, quando in aliquo casu particulari concurrente aliqua qualitate, & ex aliqua rationabili causa minus dignus praeferret, quia tunc consuetudo non est irrationabilis. Ita Menochius confil. 52. n. 99. & sequ. & dixit Rota in Septimana praecedentiae 23. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Domino Paphilio, vbi etiam dicit huiusmodi consuetudinem induci ex solo spacio decem annorum. Et ita ad concordiam reducuntur istae duae opinionis, quae alias videntur inter se contrariae. Sed hoc vltimum quod docet Beloraminus non approbo, quando consuetudo introduceret praecedentiam contra ius Canonicum: & ideo cum de iure Archidiaconus sit maior Archipresbytero, vt patet ex cap. ad haec, de offic. Archidiacon. & c. 2. de offic. Archipresbyter. in hoc tamen praualer consuetudo Ecclesiarum; vt Archipresbyter, vel Praepositus, aut alia dignitas, Archidiacono, & aliis dignitatibus praeferatur, quia rationabilis esse potest diuersa in huiusmodi rebus consuetudo propter diuersas causas, vel officia singulis dignitatibus attributa. Cardinalis Tufchus littera A. concl. 482. num. 22. & exemplum ponit Alexander confil. 142. vilo processu lib. 6. in Civitate Pauda; vbi Archipresbyter praecedit Archidiaconum ex antiqua consuetudine; & sic installat Abbatis exemptas, & beneficiatos in Civitate, Archidiaconus vero beneficiatos extra Civitatem: tamen haec consuetudo, cum sit contra ius Canonicum, debet esse praescripta per quadraginta annos, alias non releuat. Et ita docet Barbosa de Canon. capit. 5. num. 40.

RESOL. XXXVI.

An valeat consuetudo, quod minor numerus testium, quam septem in testamento sufficiat? Ex p. 6. tract. 5. Resol. 30.

§. 1. **R**espondeo. Quod de consuetudine potest adhiberi in testamento minor numerus testium, quam septem; & talem consuetudinem esse validam, tradit Bartolus in l. omnium, C. de testamento. Et regulare est, quod quoad solemnitatem actus inspiciatur consuetudo Regionis l. 1. in fin. ff. de veni. in pic. & dicit ibidem Bartolus; & statuto, quod possit inducere, vt testamentum valeat cum minori numero testium in §. testamentum, q. 5. n. 23. Statuto autem aequiparati consuetudinem, textus in l. omnes populi, vbi, legibus vel moribus, vbi notant Doctores ff. de iust. & iur. & Bartolus in dist. l. 1. praecipue n. 42. vers. mihi videtur. aequiparat statutum & consuetudinem.

2. Notandum est etiam, quod talis consuetudo non possit dici omnino contra ius: clarum enim est de iure Canonico testamentum coram duobus testibus & Parocho sustineri, cap. cum esset, cap. clarum, de testamento. quae dispositio fuit extensa per Doctores, vt procedat, etiam si testamentum sit conditum coram quatuor testibus sine Parocho, ea ratione quia alij duo testes suppleant praesentiam Parochi. Abbas in dicto cap. cum esset, numer. 10. & ibidem Decianus num. 13. Rolandus confil. 92. n. 42. & sequentibus lib. 3. vbi adduxit Alexandrum attestando de communi cum late adductis per Clarum in §. testamentum, q. 56. & Crassum etiam qu. 59. Et licet adsint aliqui Doctores pro contraria opinione, vt per Crassum n. 9. Tamen non propterea videtur posse dici talis consuetudo contra ius, etiam quod adesset in contrarium communis opinio, dummodo non essent contra legem vel canonem expressum, vel contra rationem legis expressam. Puteus dec. 240. lib. 3. Cardinalis Seraphinus decif. 645. num. 1. & haec omnia firmavit Sacra Rota in vna Leodien. Domini die 4. Martij 1619. coram Cavalerio decif. 497. n. 1. & sequentibus.

RESOL. XXXVII.

An consuetudo particularis attendenda sit, vbi adest vniuersalis? An consuetudo extendenda sit de loco ad locum, vel de persona ad personam, aut de casu ad casum? Et an quando in propria Civitate non fuerit consuetudo certa, vel statutum, siue lex de re aliqua, attendenda sit consuetudo vicinarum Civitatum, si rationabilis sit, & amplectenda in iudicando? Ex parte 6. tract. 5. Resol. 31.

§. 1. **R**espondeo. Quod vbi adest consuetudo particularis, non attenditur vniuersalis, aut loci dominantis: & ideo non est attendenda consuetudo generalis totius Archiepiscopatus, quando in loco particulari viget contraria consuetudo: nam ad eam tanquam loci dominantis requiritur tantummodo in subsidium deficiente consuetudine particulari, ex cap. super eo, de cens. Federico de Senis confil. 91. vers. tertio probo. Bartolo in l. 2. n. 41. C. qua sit longa consuetudo. Parisio conf. 25. num. 42. lib. 4. & ita docuit Sacra Rota in vna Calaritana Decimarum die 9. Martij 1610. & in vna Pampilonensi Vicariae de Apre die 3. Martij 1617. coram Cavalerio decif. 95. num. 3. & dec. 419. num. 4. & in vna Placentina Decimarum die 10. Maij 1628. coram Domino meo Coccino Decano apud Querilios Venetos dec. 169. nu. 8. vbi plures aliae Ro-